

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Paciencia q  
cum uariis

Tribus modis uirtus paciencie exerceri solet: alia namque sunt que a Deo, alia que ab antiquo aduersario, alia que a proximo sustinemus. A proximo namque persecuciones dampna et contumelias sustinemus, ab antiquo aduersario temptamenta, a Deo autem flagella tolleramus. Sed in hiis omnibus modis uigilanti oculo semet ipsam debet mens circumspicere, ne contra mala proximi pertrahatur ad retributionem mali, ne contra temptamenta aduersarii seducatur ad delectacionem uel consensum delicti, ne contra flagella opificis proruat ad excessum murmuracionis.

Gregorius super Ezechielem omelia VII.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

persecuciones] parse quociens B; ab] ad (*cor. supra lin.*) M; semet ipsam] semetipsum P  
V<sup>1</sup> V<sup>2</sup>; proruat] prorumpat V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>